Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

toria populi dicitur. Qui ut ubicumque eum quibus generis homi-
num invocaverint suo auxilio et suffragio pro consuetam
pietatis opem subvenire misericorditer non desistit.
O vere Christi confessor mundi per climata omnibus es lauda-
bilis preconio. Gloria tibi Christe victor vita salusque. qui etiam
in terra marique tua mirabilia et virtutes mire ostendis.
effugas demones. et anime medicamentum assidue pre-
stas. O vere christicola qui ut ubicumque invocatus statimque
ades. velut lucerna radians splendidis virtutes. et quem-
admodum sol queque obscura illuminat. sic et tu Betelo-
hamis pessequia. Erat magis lux vera iste. His ita breviter
expletis de virtutibus et miraculis que prefatus sanctus vir
gesserat. nunc ad narrationis seriem redeamus.

De eodem die quo natus est sanctus stetit in pelvi et quod
quarta et sexta feria ieiunavit.

Placuit igitur redemptori omnium cui-
dam clarissimo viro Epiphanio no-
mine concedere filium. natum ex nomina[ta]
uxore sua in licia myrreorum regione.
Qui cum natus esset divina favente
gratia. ipso die erectus stetit in pelvi
media fere hora. Interea post eum aliud
quidem miraculum claruit. quod hominum
nemini visum est. hoc scilicet quarta et sexta
feria quasi etate plenus ieiunans nullius sugebat ma-
mas. aliis autem diebus semel per diem noctemque solummo[do]
eas sugebat. Erat enim zacharie vatis pedissequus. O
mira et stupenda dei miracula. qui vocat ea que non
sunt tamquam ea que sunt. Et quis deus magnus sicut deus noster.
faciens prodigia signa atque mirabilia. que nullus narra-
re potest. Ad eam tamen que cepimus redeamus. Hoc siquidem